

Robertus primogenitus illustris Ierusalem et Sicilie Regis Dux Calabrie ac eius in Regno Sicilie Vicarius generalis In . . . ariis Basilicate tam presenti quam futuris, fidelibus Regiis, devotis suis, salutem, et dilectionem . . . habet expositio querula Venerabilis patris. C. Episcopi Montis Viridis, dilecti et devoti nostri, facta noviter quod cum predecessores eius, qui fuerunt pro tempore et ipse usque nunc nomine dicte Ecclesie Montis Viridis Diu pacifice tenuerint, et possederint, et ipse nunc teneat et possideat sicut dicit quandam peciam terre sitam in pertinentiis Cisterne iuxta quoddam molendinum ipsius Ecclesie ad ipsam Ecclesiam rationabiliter pertinentem . . . Philippa reicta qd. domini Iohannis de Logonessa, per officiales, et familiares suos eundem Episcopum et Ministros eius super possessione terre predicte, molestat graviter et multipliciter inquietat, in su et dicte Ecclesie prejudicium, et non modicum detrimentum. proximis quoque diebus, eadem domina Philippa mictens familiam suam ad quandam Massariam ipsius Episcopi, quam habet in territoriis montis viridis et cisterne, octo Salmas frumenti, et vomeres tres, fecit abinde pro suo beneplacito asportari. Petito itaque per eundem Episcopum nostrum super hiis provisionis remedium adhiberi. Nos molestias et incurias huiusmodi Ecclesie detestantes. Devotioni vestre Vicarius, auctoritate, qua fungimur mandamus expresse, quatinus nobis constito de premissis prefatum Episcopum et Ministros ipsius, dictamque Ecclesiam, Vos presens Iustitiae in possessione terre predicte in qua sic inveneritis eos esse, vosque successive futuri, officii nostri tempore, quam diu iusta causa duraverit, manutenentes efficaciter, et favoris iusti presidio defendantes, non patiamini eis super illa de cetero per memoratam dominam Philippam, vel alios eius nomine, (*segue cancellatura*) indebitam aliquam inferri molestiam incuriam, vel offensam. Audentes in contrarium per impositionem penarum et exactionem